Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Lectio sancti euangelij secundum lucam.

In illo tempore dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum et reuerti. ⁊ reliqua.

Omelia beati gregorij pape.

Homo quidam nobilis. Vtique dilectissimi non frustra homo iste sine dignitatis adiectione exprimitur. quia potuit relator huius enigmatis dicere homo quidam. sed addidit nobilis. nostram quidem cupiens ad inquirendum excitare ignauiam. Quis ergo per hunc nobilem hominem. quis nisi dnus ac redemptor datur intelligi? Qui duos natales sicut sancta confitetur ecclesia illustres et mirabiles habuit. vnum in celo alterz in terra. vnum ex patre ante omne seculum. alterz ex matre in fine seculi. vnum quo genuenti est coeternus. alterz quo matri fuit temporaliter subiectus. Patris vero natalis omnimodis est inefabilis. teste ꝓpheta qui dicit. Generationem eius quis enarrabit? Matris quoque inenarrabilis. quia virgo concepit. virgo peperit. virgo permansit. Sed hec dilectissimi quemadmodum nos pia mater sancta docet ecclesia. quia magis sunt credenda qz disputanda. qui potest capere capiat. et qui non potest capere. in fideliter credat. Abijt in regionem longinquam. accipere sibi regnum et reuerti. Perquirendum est fratres mei que sit regio longinqua. quo abijt qui vbiqz est. Clamat enim per veridicam vatem. Celum et terram ego impleo. Quo abijt. cui psalmicen decantat. si ascendero in celum tu illic es. et si descendero ad infernum ades? Que est regio illa longinqua quo perrexit. qui celestia terrestria replet et inferna? Fratres mei. pro modulo nostro quicquid erinde animaduertimus indagare vobis parati sumus. Si cuiuslibet intellectui melius patet. vnauobiscum libentissime flagitamus insertui.

Omnis enim dilectissimi caro que naturali pondere pregrauata in diuersis esse non potest locis. necessario indiget loculiter commoueri. Vbi vero ad alia licet meliora transcenderit. procul dubio quasi regiones commutat. que vniuersis quibus fruebat illico caet.